

& ostendit σοφισμανεῖς illos, qui hujusmodi argumentationibus eruditionis laudem quaerunt pro viris doctis & bonis non esse habendos. *Vide Jac. Martini Log. p. 1099.*

Huc etiam referri potest, quod *Casaubonus* annotat in N. T. quendam ex fure, in balneum intrante quaesivisse, veniretne ἐπ' ἀλεμμάτιον, *ad unguendum*, an ἐπ' ἀλλ' ἱμάτιον *ad alieni vestimentum sc. diripiendum?*

Annotatio.

Volunt quidam locum hunc esse receptaculum, domicilium, & quasi diversorium publicum omnium sophisticarum Argumentationum, qualescunq; tandem fuerint. *Titelmannus Logie p. 189. Georgius Saltzhuber. log. p. 759.*

Canon Sophisticus.

Quaecunq; dictiones similitudinem inter se habent, idem significant.

Solutio.

Solutio fit per distinctionem Generum sive Categoriarum, & primarum ac secundarum notionum. e. gratia.

Ani-